

# TRANSVMPTVM

PUBLICVM, INCORPORATIONIS REGII, PRIVILEGII DONATIONIS  
 Castrorum, & Locorum de Robres, de Grañen, de  
 Aguero, & de Pompien, pro Aldeis Villæ de Sariñena  
 factæ, & concessæ per Serenissimum Do-  
 minum Petrum Regem  
 Aragonum.

**I**N DEI NOMINE. NOVERINT VNIVERSITATIS  
 quod anno à Nativitate Domini millesimo, quin-  
 gentesimo, octuagesimo, septimo, die vero decimo  
 tertio, mensis Maij, apud Ciuitatem Cæsaraugustæ Regi-  
 ni Aragonum, & in aula superiori domorum Dippu-  
 tationis, ubi Curia Domini Iustitiae Aragonum, solita est  
 celebrari, & hora celebrationis ciudem, coram Illustri  
 Domino Martino Batista de la Nuza, Iurisperito Locu-  
 tenente admodum; Illustrissimi Domini Dō Ioannis de  
 la Nuza, & de Perellos, Militis Domini nostri Regis Cō  
 siliarij, ac Iustitiae Aragonum in iudicio pro Tribunalis  
 sedente, & causas publicas, & more solito audiēte, & ce-  
 lebrante, existente multitudine Procuratorum, & aliarū  
 personarum, præsentibus me Notario dictæ Curiæ, & te-  
 stibus infrascriptis, comparuit personaliter constitutus.  
 Discretus Martinus de Lanaja, Notarius causidicus Cæ-  
 saraugustanus, ut Procurator, & eo nomine Iustitiae, Iu-  
 ratorum, Concilij, & Vniuersitatis singularium perso-  
 narum, vicinorum, & habitatorum Villæ de Sariñena,  
 conciliariter, vniuersaliter, particulariter, & tam coniun-  
 ctim, quam diuisim, & dicto nomine produxit, ac exhi-  
 buit, seu fidem fecit in iudicio, & coram dicto Domino  
 Locumtenenti de quodam, originali Regio priuilegio

A

dona-

<sup>2</sup> donationis Castrorum, & Locorum de Robres, de Gra-  
ñen, de Aguero, & de Pompion, aliter vocati de Grañeti  
pro Aldeis dictæ Villæ Sarriñenæ, eidem Villæ factæ, &  
concessæ per Serenissimum Dominum Petrum Regem  
Aragonum, necnon incorporationis prædictæ Villæ, &  
eius Aldearum, ac etiam prædictorum Castrorum, & Lo-  
corum pro Aldeis, eidem concessorum, per eundem Do-  
minum Regem Petrum, ad Regiam Coronam factæ, &  
concessio dictis principalibus, dicti Procuratoris parga-  
meno scripto, & per dictum Dominum Regem Ioannem,  
& alios de suo Consilio firmato, ac sigillo Regio in pen-  
denti sigillato, & more debito expedito, non vitiato, can-  
cellato, nec in aliqua sui parte suspecto, sed omni virtu,  
& suspicione carente, originaliter, & in sui prima figu-  
ra, cuius tenor de verbo, ad verbum talis est. NOS Pe-  
trus Dei gratia, Rex Aragonum, Valentiae, Maioricarum,  
Sardiniae, & Corsicae, Comesq; Barchinonis, Rosilionis,  
& Ceritaniae, quod præteriorum memoria, quæ proba-  
bilem rationem solent inducere de futuris cedulae cogi-  
tante, quanta dispendia, quantaque pernitiiosa discrimi-  
na Regnis in se diuisis consuevit in generaliæ scisma, vel  
sectio desolatoriæ, quod tota Respublica Regnum, &  
terrarum, quibus actore Domino possidemus in multis,  
ab olim præsens inerat buc omnino defensionum iacula  
non evasit, tanto, pro inde salubrius super ijs tenemur, fu-  
turiis præ cauere periculis, & nostris, nostrorumque, fide-  
lium obuiare distidijs, quanto longè melius, atque perfec-  
tius regalis Maiestas, potentius imperat, & quietius se  
suosque gubernat, cum multorum Locorum insignium  
robore circumfulta, etdem civilis potentia permanet  
indivisa igitur. Attendentes qualiter Villa de Sarriñena,  
cum suis Aldeis intra Regnum Aragonum situata nota-  
bilis est, & insignis, & in tali siccâ posita, quod non parum  
expedit; immò necessarium imminet nostræ Coronae Re-  
giae, reique publicè Regni nostri, ut ipsa Villa, & eius Al-  
dex

3

deæ à nostra Corona Regia , nullo vñquam tempore se-  
parentur satentes , & recognoscentes vobis Iuratis , &  
probis hominibus dictæ Villæ de Sarriena , & eius Aldea-  
rum , quod vos diuersis annis , vicibus , & temporibus , &  
vñque ad præsens tempus , quo res habuit , seu est in articu-  
lo habendi effectum , propter magnam affectionem , &  
desiderium , quam , & quod habebatis , & habetis , ut sub  
nostro essetis immédiatè dominio laboratis , & cù mag-  
na solicitudine , & diligentia vacastis , seu intendistis , non  
sine magnis vestris sumptibus , & expensis circa emplo-  
nem , per vos faciendam certo modo de dictis Villa , &  
eius Aldeis , quas tenebat ; & tenet impignoratas a nobis  
hæres nobilis quondam Petri de Luna , videlicet pro ter-  
decem mille libris Barchinone , ex altera , & ipsam emp-  
tionem vos fecistis , seu facere conuenistis , & tenemini  
pro maiori parte de vestro proprio nobis remanentibus ,  
in eisdem Villa , & Aldeis iurisdictione omnimoda , &  
emolumentis eiusdem , necnon hoste , & caualcata coena  
& domi , ac pro fertis quando facit pro generali dicti Reg-  
ni , videlicet quod tunc , & non aliàs , vos in eis solucere , &  
contribuere habebatis , vnde vobis ad gratiarum actio-  
nes tenemur , & ad prosequendum vos fauoribus , & gra-  
tijis opportunitis in qua siquidem emptione , seu propter  
eandem fuerunt inter nos , & vos inita certa capitula , &  
per nos firmata , & iurata , vigore quorum vobis tenemur  
vendere Castra , & Loca de Robres , de Grañen , & de  
Aguero , & de Portipien , cum eorum terminis , & iuribus  
vñiuersis , ipsaque Loca , & Castra vñire , ac incorporare  
Villæ , & Aldeis prædictis sic , quod perpetuo sint Aldeæ  
dictæ Villæ , & vigore quorum , priuilegium vobis tene-  
mur facere in frascriptum . Idcirco tenore præsentis char-  
ta nostræ , seu priuilegiij cunctis temporibus valituri , tam  
proprio motu , quam respectu subsidij , & auxiliij nobis  
præstati per vos probos homines , & Vniuersitatem dicta-  
rum Villæ , & Aldearum , seu præstandi in emendo Villæ  
ipsam ,

ipsam , & eius Aldeas ab hærede dicti quondam nōbilis  
 Petri de Luna, seu eius tutore, qui ipsam Villam, & eius  
 Aldeas pro dictis quantitatibus à nobis tenebat, cum vni  
 uersis redditibus, & iuribus suis pignore obligatas ratio-  
 ne, cuius quidem emptionis nos iurisdictionem , & alia  
 iura in prædictis Capitulis expresa adquisiuimus, seu ad  
 quirere debemus , & nostro dominio sunt adquisita, &  
 aplicata, seu debent adquiri, & applicari per nos, & omnes  
 hæredes, & successores nostros, volumus, & concedimus  
 perpetuo , atque promitimus in bona fide nostra Regia  
 vobis fidelibus nostris Iustitiæ, Iuratis, & probis homini-  
 bus Vniuersitatis dictæ Villæ de Sariñena, & eius Aldea-  
 rum licet absentibus , tanquam præsentibus , & nos in-  
 frascripto pro vobis, & omnibus illis quorum interest, &  
 intercerit, ac poterit interesse hæc a nobis legitimè stipu-  
 lanti, pascienti, & recipienti, ac iuramus per Dominum  
 Deum , & eius sancta quatuor Euangelia Corporaliter à  
 nobis taæta, quod dicta Villa de Sariñena, & eius Aldeæ  
 quando per vos emptæ fuerint, & à nobis oblata; & do-  
 natæ, & dicta Loca, & Castra de Robres, de Grañen, de  
 Aguero, & de Pompieñ aliter vocati de Grañen, que Al-  
 deas Villæ de Sariñena esse volumus, & concedimus per  
 petuo cum suis terminis , vel territorijs, Parrochijs, vel  
 alcacijs , aut aliquam partem ipsarum generaliter , vel  
 specialiter nunquam separabimus, diuidemus, segregan-  
 bimus, nec alienabimus in filium, seu filios, vxorem, nec  
 aliquam aliam personam, vel personas mundi, Ecclesiæ-  
 ticas, vel sæculares nobis propinquas , vel extrancas per  
 modum, seu viam, donationis, infeudationis, venditio-  
 nis, impignorationis, vel permutationis, aut per modum  
 de rebus, nec quouis alterius generis, alienationis quo  
 cumque modo possit dici, vel exprimi ad in perpetuum,  
 vel ad tempus, quacumque de causa, etiam si extrema ne-  
 cessitas nobis, & nostris, & Coronæ nostræ Regiæ Ara-  
 gonum esset, vel censeretur, vel utilitas diceretur, qui  
 imò,

imò, & nunc pro tunc, è conuerso volumus, & decernimus, ac legem pactionatam, & incommutabilem, ac perpetuum facimus, quod Villa ipsa, & eius Aldeæ, necnon dicta Castra, & Loca superius expressata, quæ pro Aldeis ipsæ Villæ de Sariñena damus, & concedimus perpetuo cum omnibus suis alcarijs, terminis, & territorijs iurisdictione suâ alta, & baxa, ac omnimoda integritate eorumdem remaneat, & sint vnitæ perpetuo, & incommutabiliter Coronæ Regiæ Aragonum pariter, & affixe, & nunc de præsenti easdem affiximus, vnimus, & incorporamus, & vinculo indisolubili acnectimus Coronæ nostræ Regiæ supradictæ sic, quod deinde facta reintegratione Villa ipsa, & eius Aldeæ, ac dicta Castra, & Loca, quæ pro Aldeis ipse Villæ damus, & concedimus, ut est dictum, sint perpetuo membrum Coronæ Regiæ licet dictæ Aragoniæ, & ante uti mēbrum notabile ab ipsa Corona & Regno, tāquam à suo corpore nequaquam valeat separari, per diem, horam, videlicet nec momentum, sicut nec potest membrum à suo corpore, absque laſione, & de formatione ipsius ullatenus segregari, sed quicunq; omni tempore fuerit Rex Aragonum, & nullus aliis sit Dominus dictarum Villæ, & Aldearum, & Castrorum, & Locorum prædictorum, quæ de cætero perpetuo Aldeæ dictæ Villæ sicut aliæ, quas semper habuit Villa ipsa sint, & nominentur, & si per nos, vel aliquos successores nostros, scienter, vel ignoranter contrarium fieret, vel tentaretur de facto, cum de iure non possit, illud ipso facto, ex nunc, pro tunc, & è conuerso irritū decernimus, & habere volumus penitus, & inane, tanquam factam, & attentatum contra ius, & legem pactionatam, & proprium iuramentum, & in dispendium salutis æternæ nostræ, & ipsorum successorum nostrorum, & in præiudicium etiam, & iacturam dictæ Coronæ, & dicti Regni nostri, & vestri dictæ Vniuersitatis, & proborum hominum dictæ Villæ, & eius Aldearum, tām anti-

quarum, quām aliarum, quas nūc ipse Villæ, vt est di-  
 cūm superius concedimus, & donamus, quibus ius est  
 quæsitum in consistentia, & conuentione perpetua ipsius  
 Villæ, & Aldearum cum Regia Corona nostra, & indi-  
 uisibili vnitate, cui iure nunquam derogari volumus ali-  
 qua via nūc, nec aliqua causa cogitata, vel non cogitata  
 etiam si diceremus, aut oferremus, nos vestrum soluere  
 interesse nos enim expreſe, & ex certa scientia quascum-  
 que leges, & iura Canonica, vel cibilia, & etiam munici-  
 palia quibus permisum sit, aut indultum certis casibus,  
 vel certis rationibus donationem, vel alienationem fieri  
 posse per Reges, aut Principes, seu quasvis alias personas  
 de Ciuitatibus, Villis, Castris, seu Locis non obstante pri-  
 uilegio in contrarium inde facto, quoad hæc irritas, &  
 nostræ Regiæ plenitudine potestatis, esse decernimus, in-  
 ualidas penitus, & inanes, ac carere viribus omnibus,  
 & effectu, & eisdem, ex nūc pro tunc, & è conuerso re-  
 nuntiamus, & pro renuntiatis, & casis haberi volumus, &  
 iubemus, & præsentem legem pactionatam, dictis juri-  
 bus contrarijs, volumus, & decernimus præualere illa  
 vniuersa iura, quæ dictis iuribus cōtrarijs suffragari pos-  
 sint. Et dictæ plenitudine potestis ipsi legi pactionatæ to-  
 taliter applicantes, & volumus, ac vobis dictis Iustitiæ,  
 Juratis, ac probis hominibus dictæ Villæ, & eius Aldea-  
 rum præsentibus, & qui pro tempore fuerint concedi-  
 mus, & elargimur, plenariam facultatem in casu, quo præ-  
 missorum contrarium fieret, illi cui foret inde facta do-  
 natio cessio, venditio, permutatio, aut quævis alia aliena-  
 tio de præmissis, necnon etiam cuiuis a nobis potesta-  
 tem habenti traddendi possessionem, de ijsdem, seu ius-  
 sis, & mandatis ipsius, vel ipsorum teneamini minime  
 obedire, imò potius contradicere, & resistere cum armis,  
 & siue totis viribus valeatis, etiam si esset, noster Guber-  
 nator Regni Aragoniæ, aut eius vices gerens, vel aulijs,  
 seu alij, pro nobis tanquam personæ extraneæ, & cui

non

non essetis in aliquo obligati , & si propter dictam con-  
tradictionem , vel resistantiam in personis alicuius , vel  
aliquorum , damna , necesse , aut vulnera inde fuerint subse-  
quuta , quæ per vos illata , vel perpetrata dicerentur de ip-  
sis nobis , vel correctioni , aut prognitioni alicui teneami-  
ni nullo modo , nec vobis possint infamia aliqua deno-  
tari , nec pugnitio inflixi . Imò nunc , pro tunc , & è con-  
verso , sitis de ipsis absoluti , quitij perpetuo , & immunes  
vobis , tamen dictam Villā , & eius Aldeas , tám antiquas ,  
quām nouas , cum territorijs , iurisdictione , terminis , &  
iuribus ipsarum nobis , & dictæ Coronæ nostræ Regiæ  
præseruantibus , ut nunc sunt tanquam naturali , & dire-  
cto Domino earundem , & hæc omnia , & singula per  
nos , & omnes successores nostros volumus , & concedi-  
mus perpetuo , atq; promitimus sub virtute superius præsti-  
ti per nos iuramenti , tenere , attendere , & seruare irrefra-  
gabiliter , & teheri , & obseruari facere , & contra non ve-  
nire , seu facere aliquo iure , causa , seu etiam ratione , obli-  
gantes inclytum , & Magnificum Infantem Ioannē Pri-  
mogenitum nostrum charissimum , ac in vniuersis Regi-  
nis , & terris nostris generalem Gubernatorem , Duce-  
m Comitemque Ceruarię , & vniuersalem hæredem ,  
& successorem nostrum , & quoscumque alios successo-  
res nostros , & suos sub paternæ benedictionis obtentu  
ad obseruantiam omnium præmissorum , & hic conten-  
torum pro solidantia ~~nostræ~~ perpetuæ unitatis , quæ per  
eosdem laudari iubemus , ac corporali iuramento robo-  
rari præmissa igitur omnia , & singula in præsenti Curiā ,  
qua nunc Aragonen . celebramus in Civitate Cæsarau-  
gustæ , & de ipsis Curiæ approbatione , ac consensu , vo-  
lumus , conuellimus , promitimus , conuenimus , & pacif-  
cimur , in bona fide nostra Regia , & sub Religione supe-  
rius præstiti iuramenti per nos , & omnes hæredes , & suc-  
cessores nostros , vobis dictis Iustitiæ , & Iuratis probis  
hominibus , & Vniuersitati dictæ Villæ de Sariñena , &  
cuius

eius Aldearum, tām antiquarum, quām nouarū, & singulis in præsentibus, & futuris, & Notario infrascripto pro vobis, & omnibus illis quorum interest, & interit, ac poterit interesse a nobis legitime stipulanti, pacienti, ac etiam recipienti, eis melioribus, & utilioribus vijs modis, & formis, quibus possit intelligi, dici, & ex cogitari ad obseruantiam præmissorum, omni fraude sublata, & absque aliqua conditione, & retemptione, quam nō facimus in eisdem, in cuius rei testimonium præsens instrumentum publicum fieri, & Bulla nostra plumbea pendenti iussimus communiri. Datt. & aliâs in domo Refitorij Monasterij Prædicatorum Cæsaraugustæ, ubi per ipsum Dominum Regem generalis Curia Aragonensis celebrabatur, & ipsa Curia approbante die veneris nona Aprilis, anno à Natiuitate Domini millesimo tricentesimo septuagesimo secundo, regnique ipsius Domini Regis tricesimo septimo. SIG<sup>+</sup>NVM Petri Dei gratia, Regis Aragonum, Valentiae, Maioricarum, Sardiniae, & Corsicae, Comesque Barchinonis, Rosilionis, & Ceritanie, qui hæc laudamus, firmamus, concedimus, & iuramus. Rex Petrus. Testes huius rei sunt ultra illos de dicta Curia generali, qui erant ibi præsentes, tām Praelati, & personæ Ecclesiasticæ, quām alij homines, & varones, ac militis, & sindici Capitulorum, & Vniuersitatum regalium. Iordanus Petri Durries gerens Vices Gubernatoris generalis in Regno Aragonum, Dominicus Gerdan Iustitia, Dominicus Luppisames Baiulus generalis dicti Regni, Beregarius Denpollo Camarlengus, Illustrissimæ Dominae Reginæ, Emmanuel de Tenza Miles, ac Bertrandus de Vallosgun Doctor promotor Curiae Regiae, & Regens Cancelleriam ipsius Domini Regis. SIG<sup>+</sup>NVM mei Iacobi Conessa Protonotario dicti Domini Regis, eiusque auctoritate Notarij publici per totam terram, & dominationem, qui præmissis interfui, eaque de ipsius Domini Regis mandato, scribi, feci,  
 & clau-

& clausi, & corrigitur in linea xxxvij. teneamini. Do-  
minus Rex mandauit mihi Iacobo Conessa P. R. quo  
quidem priuilegio, seu charta Regia sic per dictum  
Martinum de Lanaja Procuratorem prædictum origina  
liter exhibito fide facto, & inserto, idem Procurator di-  
xit: Quod cum dicti eius principales vellint, & intendat  
se iuuare de dicto suprainserto originali Regio priuile-  
gio in diuersis partibus, & Locis, tam intra, quam extra  
præsens Regnum Aragonum, & coram diuersis Iudici-  
bus, & personis Ecclesiasticis, & sacerdotalibus, & sit inua-  
lide periculosem, dictum originale Regium priuilegiū  
desuper insertum ducere, & portare propter inundatio-  
nes aquarum, & alia viarum pericula, & discrimina, quæ  
eueniri possunt; ideo dictus Procurator supplicauit, & re-  
quisuit dictum Dominum Locumtenentem dicti Do-  
mini Iustitiae Aragonum, quatenus dictum Regium pri-  
uilegium desuper insertum in libro, seu registro actuum  
communium, & emparamentorum dictæ Curiæ Domi-  
ni Iustitiae Aragonum inserri, & registrari mandaret per  
me Notarium dictæ causæ infrascriptum, & de eodem  
registro, & priuilegio Regio suprainserto, transumptum,  
autenticum, signatum, & sigillatum in firma fieri, & ex-  
pediri mandaret, dictumque transumptum autorizaret,  
& suam auctoritatem, & decretum iudiciale daret, & im-  
poneret, & sigillo dictæ Curiæ sigillari mandaret, ut ei-  
dem transumptum fides plena ab omnibus ubique tam  
in iudicio, quam extra adhibeatur, tanquam dicto met  
originali Regio priuilegio desuper inserto, & dictus Do-  
minus Locumtenens dicti Domini Iustitiae Aragonum,  
auditis prædictis per dictum Procuratorem fieri suppli-  
catis, & requisitis visoque, & inspecto dicto desuper in-  
serto originali, Regio priuilegio, non vitiato, cancella-  
to, nec suspecto integro omni vitio, & suspicione ca-  
rente, illud per me dictum Notarium infrascriptum in  
dicto libro, seu registro, actuum communium, & em-

paramentorum dictæ Curiæ Domini Iustitiae Arago-  
 num inseri, & registrari mandauit, & de eodem Regio  
 priuilegio instrumentum publicum, & autenticum tran-  
 sumptui fieri, & expediri iussit, & sigillo dictæ Curiæ si-  
 gillari, & eidem transumptui suam auctoritatem, & de-  
 cretum iudiciale interposui ius his verbis. NOS Mar-  
 tinus Batista de la Nuza Iurisperitus Locumtenens dicti  
 Domini Iustitiae Aragonum in iudicio pro Tribunal se-  
 dens, vissa, & intellecta supplicatione, & petitione per  
 dictum Procuratorem nobis facta, & dicto originali  
 Regio priuilegio desuper inserto, & per dictum Procu-  
 ratorem exhibito, non vitiato, nec suspecto, omni vicio,  
 & suspicione carente, illud in dicto libro, seu registro  
 dictæ Curiæ dicti Domini Iustitiae Aragonum per di-  
 ctum Notarium eiusdem Curiæ inseri registrari, & ap-  
 poni mandamus, & de eodem transumptum autenti-  
 cum fieri iubemus signatum, sigilloque dictæ Curiæ in  
 forma sigillari mandamus, eidemque transumptui nos-  
 tram, auctoritatem, & decretum iudiciale imponimus  
 volens, & decernens eidem transumptui ab omnibus in  
 iudicio, & extra fides plenaria adhibetur, tanquam di-  
 cto met originali Regio priuilegio, desuper inserto,  
 quod fuit acceptatum per dictum Procuratorem, qui re-  
 quisivit per dictum Notarium dictæ Curiæ infracrip-  
 tum fieri, & confici publicum instrumentum, & instru-  
 menta, vnum, & plura, & tot quot inde essent necessaria,  
 & opportuna, quæ fuerunt facta dictis die, loco, mense,  
 & anno quibus supra in principio calendatis, & recita-  
 tis, præsentibus ibidem, pro testibus Magnificis Grego-  
 rio Villanueva, & Hieronymo de Ibarra, Notarijs Re-  
 gijs, & dictæ Curiæ Cæsaraugustæ habitatoribus ad præ-  
 missa, vocatis, rogatis, patiter, & assumptis, &c.

SIG<sup>+</sup> NV M mei Martini Ambrosij Melguizo  
 de Lara, domiciliati eius Civitatis Cæsarangusta,

acto-

au<sup>t</sup>oritateque Regia per uniuersam terram, & do-  
minationes Domini nostri Regis publicus Notarius,  
ac Regentis substituti Scribani & Petri Francisci de  
Cuello Scriba princ. una ex Scribanis Curia Domi-  
ni Iustitia Aragonum, qui huiusmodi transumptum  
a suo originali regestro actus communis, & empara-  
mentum pr<sup>es</sup>entis Curiae, & Scribanae, anni millesi-  
mi quingentesimi octuagesimi septimi, ubi est origi-  
naliter scriptum, & continuarum extraxi, comproba-  
ui, & meo solito signo signavi, approbo in mea signatu-  
ra emmendata, ubi legitur ti jn, &c.

magis oritur de Regis et reginae, quam de rebus  
domesticis. Deinde in festis Regum reginae  
et de rebus regis et reginae. Secundum ista  
est de Regum et reginae. Tertium ista est  
de Regis et reginae. Quarto ista est de  
rebus regis et reginae. Quinto ista est de  
rebus regis et reginae. Sexto ista est de  
rebus regis et reginae. Septimo ista est de  
rebus regis et reginae. Octavo ista est de  
rebus regis et reginae. Noveno ista est de  
rebus regis et reginae. Decimo ista est de  
rebus regis et reginae.

Et hoc est quod dicitur de dictis regis et reginae.

Et hoc est quod dicitur de dictis regis et reginae.

Et hoc est quod dicitur de dictis regis et reginae.

Et hoc est quod dicitur de dictis regis et reginae.

Et hoc est quod dicitur de dictis regis et reginae.

Et hoc est quod dicitur de dictis regis et reginae.

Et hoc est quod dicitur de dictis regis et reginae.

Et hoc est quod dicitur de dictis regis et reginae.

Et hoc est quod dicitur de dictis regis et reginae.

Et hoc est quod dicitur de dictis regis et reginae.

Et hoc est quod dicitur de dictis regis et reginae.

Et hoc est quod dicitur de dictis regis et reginae.

Et hoc est quod dicitur de dictis regis et reginae.

Et hoc est quod dicitur de dictis regis et reginae.

Et hoc est quod dicitur de dictis regis et reginae.

Et hoc est quod dicitur de dictis regis et reginae.

Et hoc est quod dicitur de dictis regis et reginae.

Et hoc est quod dicitur de dictis regis et reginae.

Et hoc est quod dicitur de dictis regis et reginae.

Et hoc est quod dicitur de dictis regis et reginae.

Et hoc est quod dicitur de dictis regis et reginae.

Et hoc est quod dicitur de dictis regis et reginae.

Et hoc est quod dicitur de dictis regis et reginae.

Et hoc est quod dicitur de dictis regis et reginae.

Et hoc est quod dicitur de dictis regis et reginae.

Et hoc est quod dicitur de dictis regis et reginae.

Et hoc est quod dicitur de dictis regis et reginae.

Et hoc est quod dicitur de dictis regis et reginae.

Et hoc est quod dicitur de dictis regis et reginae.

Et hoc est quod dicitur de dictis regis et reginae.

Et hoc est quod dicitur de dictis regis et reginae.